



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,  
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Iubilæo  
Ecclesiastico**

**Bellegambe, François**

**Coloniæ Agrippinæ, 1700**

Q. 6. An, si Indulgentia concessa esset ad 7. 15. &c. annos, & interveniret  
Annus Jubilæus, computandus esset annus ille, quo suspenditur  
Indulgentia, ut unus ex illis 7. 15. &c. annis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42093**

R. 2. Si ederetur Bulla similis Gregorianæ & Sixtinæ ; tunc non revalescerent ex vi illius , Indulgentiæ, statim post transactum Jubilæum. Nam illi Pontifices eas suspenderunt usque ad suum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum; quare non potuerunt redintegrari sine novo consensu. Ita Navarrus Notab. 28. n. 27. & seq. & Notab. 33. n. 7. dicit, id sibi declaratum à Datario Gregorii XIII. Tannerus n. III. Gobat n. 52. cum Benzonio, Zerolâ, & Emmanuële Rodriquez etiam apud Castropalaum pu. 12. n. 12. qui tamen n. 13. arbitratur, uti & Quintanadvenas dub. 18. illud, Pontificis & Sedis Apostolicæ beneplacitum, non se extendere ultra Annum Sanctum.

Q. 6. An, si Indulgentia plenaria concessa esset ad 7. 15. &c. annos, & interveniret Annus Jubilæus, qui suspendit omnes, & singulas Indulgentias plenarias; computandus esset annus ille, quo suspenditur Indulgentia, ut unus ex illis 7. 15. &c. annis ?

R. Negativè, nisi fortè haberetur

ad

S. 4. De suspens. Indulgent. &c. 109  
ad 7. annos proximos, &c. Lege Gobat-  
tum tr. de Jubil. n. 56. & altero tr. de  
Indulg. n. 663.

Q. 7. Quam pœnam incurrat publi-  
cans, &c. Anno Sancto alias Indulgen-  
tias præter eas, quæ in ipso Jubilæo conti-  
nentur?

R. Patet ex verbis Bullæ: Præcipi-  
mus & mandamus, ne interim aliæ, quam  
indicti à Nobis prædicti Jubilæi Indulgen-  
tia, five publicè, five privatim, quovis præ-  
textu, ubivis locorum & gentium, sub ex-  
communicationis eo ipso incurriendæ, aliis-  
que arbitrio Ordinariorum infligendis  
pœnis, publicentur (publicè manife-  
stentur & divulgentur) vel annuntien-  
tur (proferantur etiam in parvis con-  
ventibus, privatis colloquiis, etiam  
coram uno domi, scripto, aut verbo,  
afferendo aut dicendo, Indulgentias  
alias hoc Anno extare, præter eas  
quas affert hoc Jubilæum) aut in usum  
demandentur (id est, secundum Quintanad. dub. 15. faciendo diligentias  
seu opera ad lucrandas illas alias In-  
dulgentias; at secundum Gobatum